



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LV. Bischof Albert von Halberstadt bestätigt dem Kloster Hillersleben die
Kirche zu Eilsleben, am 28. Mai 1334.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LIV. Bischof Albert von Halberstadt bestätigt dem Kloster Hillersleben die Kirche zu Gilsleben, am 28. Mai 1334.

Albertus, dei gracia halberstadenſis eccleſie epiſcopus, vniuerſis preſencia viſuris ſeu auditoris ſalutem in omnium ſaluatore. Ne ea que perpetue firmitatis robur forti debent, ignorancie pretextu calumpniam aut ſubuerſionem paciantur, expedit ut ſcripturarum autenticarum teſtimonio ad poſteriorum noticiam deducantur. Inde eſt quod per preſentes publice recognoſcimus proteſtantes, quod ob fauorem religionis et ſpeciale caritatem, qua monaſterium in hildeſleue, ordinis ſancti benedicti, amplectimur, honorabili viro abbati et conuentui euſdem monaſterii donamus eccleſiam parrochiale in villa weſtereyleue, cuius ius patronatus ad preſatum monaſterium in hildeſleue pertinet ex donacione brunonis, Johannis, Gheuehardi, fratrum, ac Johannis, patrii eorundem dictorum de eyleue famulorum, et de ipſa taliter concedimus ordinandum, Quod quocumque et quocienſcunque dictam eccleſiam in weſtereyleue vacare contigerit, Abbas, qui pro tempore fuerit, vnum monachum de collegio predicti monaſterii aut alium clericum ydoneum archidiacono, ad cuius iurisdictionem preſata eccleſia pertinet, debet preſentare, archidiaconusque ipſi curam animarum conferet et ipſum per ſe uel per alium inſtituet ad eandem, Rectorque ſic inſtitutus nobis et Archidiacono de iuribus nobis debitis et abbati preſati monaſterii de prouentibus ipſius eccleſie reſpondebit. Si uero ex quacumque cauſa predictus abbas rectorem mutare uoluerit et aliam perſonam ydoneam archidiacono preſentauerit, quocumque et quocienſcunque hoc factum fuerit, Archidiaconus preſentatum inſtituet, ut eſt dictum, Ceteris iuribus nobis et Archidiacono ſemper ſaluis. Ut igitur hec noſtra donacio permaneat iugiter inconuulſa, preſens ſcriptum, inde conſectum, Sigilli noſtri appenſione fecimus roborari. Teſtes huius rei ſunt: Dithmarus, Abbas in ilfeneborch, Magiſter Themo, noſtre eccleſie canonicus, hinricus de eylekeſtorp, noſter capellanus, Erembertus, plebanus in berewinkel, Sacerdotes, et alii plurimi fide digni. Datum halberſtad, anno domini M^o. CCC^o. XXXIII^o., Sabato poſt octauam pentecoſtes.

Cap. II, fol. 21.

LVI. Daß Kloſter Marienborn vertauſcht an daß Kloſter Hillersleben eine Huſe Landes, am 1. Mai 1364.

In nomine domini amen. Omnia, que geruntur in tempore, cum lapſu temporis euaneſcunt: neceſſe eſt vt litterarum teſtimoniis Roborantur. Ea propter nos Arnoldus, prepoſitus, mechtildis, prioriſſa ac totum Capittulum Sanctimonialium ffontis ſancte marie Omnibus preſencia viſuris ſeu auditoris Notum facimus per preſentes, quod nos ad preces domini hinrici, Quondam noſtri ſcolaris, plebani in eyleue, De communi conſilio vnum librum Manſum, Jacentem in campo Eyleue, permutauimus, Cujus Jus proprietatis exſpectabat ad noſtrum monaſterium juſto